



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Orationes aliquot iaculatoriæ ad Christum crucifixum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

43^o TESTAMEN. ANIM. I.

IN NOMINE PA-
TRIS ET FILII ET SPI-
RITVS SANCTI,
Amen.

*Orationes iaculatoria ad Christum
crucifixum.*

O dulcissima Virgo MARIA
mater DEI, da mihi IESVM
Christum, crucifixum, filium tuum.

O Virgo benedicta largire mihi
eum, quia nihil aliud in hoc mundo
cupio, quam IESVM Christum
crucifixum.

Intercede apud eum pro me, vir-
go sanctissima, vt me suscipere di-
gnetur.

O dulcis IESV, visne me in fi-
lium tuum suscipere.

Ego aliud nihil praterquam te
desidero.

Ego pro tui amore, IESV amor
meus, huic mundo & alijs infinitis
mundis alijs, cum omnibus pompis
vanitatibus eorum renuntio.

Ego Dæmoni, mundo & carni, &
omnibus, quæ tu non es, valedico.

Ego

PARS TERTIA. 433

Ego Patri, Matri, cognatis, amicis, nuncium remitto, & te solum in Patrem, matrem, cognatum & amicum habere cupio.

Ego mihi metipsum in anima & corpore abrenuntio, & te solum in me vivere volo.

O I E S V tu es pater meus: Quam es amabilis, I E S V Pater mi.

O I E S V dulcissime, tu es amicus meus: Quam es fidelis, Iesu amice mi.

O I E S V carissime tu es frater meus, Da mihi, obsecro, gratiam, Ut tibi fratri meo in omnibus conformer.

O Domine tu es sponsus venustissimus animæ meæ.

O I E S V Pater mi, amice mi, frater mi, & sponse animæ meæ, adiuua me.

Pater opitulatur filio: auxiliare igitur ô Iesu mihi indigno filio tuo.

Dominus adiuuat & defendit seruum suum: adiuua igitur, & defende ô I E S V, me seruum & mancipium tuum.

V Ami-

Amicus fidelis in necessitatibus succurrit amico suo, subueni igitur, ô Iesu mihi pauperi & egeno amico tuo, qui multis necessitatibus pressus & angustijs circumdatus sum.

Frater diuitijs abundans, frater egeno opes suas communicat, eiusque inopiam subleuat.

Recordare itaque, ô IESU frater mi thesauris cælestibus locupletissime mei, fratris tui mendicitate & que inopia pressi, & diuitiarum tuarum me participem effice: sanctoque amore tuo cor meum succende.

Sponsus sponsum adiuuat & tatur: ei que vestes pretiosas, & alia ornamenta donat.

Defende igitur ô Iesu animam meam, sponsam tuam & virtutem margaritis, ac pretio caritatis vestimento eam exorna.

O IESU totus in corpore & anima tuus esse cupio.

O Pater mi, ecce ego totus tuus sum.

Et tu I E S V Pater mi, non vis
meus esse?

Quam pulcher & decorus es a-
mice mi?

Corpus tuum totum rubicun-
dum, sanguine conspersum, & vul-
neribus attritum est: & tamen adeò
speciosus es anime meæ, vt infinitis
mundis libenter renunciarem, quo
te solum possiderem.

I E S V dulcissime.

I E S V suavissime.

I E S V purissime.

I E S V speciosissime.

I E S V totus sanguine consperse,
& vulneribus referte.

Iesu totus cruento & flaccate.

Iesu totus sanguinolente, & pla-
gis ac liuoribus deformate.

O Iesu amor meus.

O Iesu suavitas cordis mei.

Patere Iesu amor meus, vt in vul-
neribus sanctissimorum pedum
tuorum abscondar.

Include me Iesu spes mea, in vul-
nus sanctissimi lateris tui: & forin-
secus illud occlude, ne iter ù egredi
valeã.

T 2

O Ie-

46 TESTAMEN. ANI. 16

O Iesu hoc mihi singularis gratiæ loco concede: vt vulnus lateris nunquã egrediar: sed hîc dormiam, hîc manducem, hîc bibam hîc inambulẽm, hîc legam, hîc orem, hîc mediter, hîc contempler, hîc denique viuam, & moriar.

O dulcissime, sponse animæ meæ: depone coronam tuam è diris spinarum aculeis contextam, de purissimo & dulcissimo capite tuo, eamque capiti meo impone ac imprime: quia volo vt illa deinceps fit corona & ornamentum capitis mei.

O Iesu ignis cordis mei.

O Iesu amor meus.

Permitte animam meam intra spinas coronæ tuæ commorari.

O corona sponsi mei Iesu Christi, capiti eius admodum acerba, mihi verò valde decora & suavis.

O Corona IESU Christi, sponsi mei, cui spinarum asperrimarum caput eius conuulnerantium vice fuisti, mihi verò florum, rosarum, liliorum, ac violarum loco es.

O hor-

O hortus voluptatis.

O paradifus deliciarum.

O pratum recreationis.

O fyluula amorofa.

O corona fanctiffima, plena delitijs es animæ meæ.

Te adoro corona fanctiffima, quæ diuinum caput fponfi mei Iefu Chrifti cinxifti.

Te adoro, quæ regis fumme maiestatis caput coronaffi.

O spinæ crudeliffimæ.

O spinæ acutiffimæ.

O spinæ duriffimæ capiti IESV Chrifti.

O spinæ, O spinæ, eftote nunc crudeles: eftote nunc acutæ & afperæ fclerato cordi meo.

O spinæ, spinæ, connuluerate, & fauite nunc in cor meum veneno peccati & impietatis plenum.

O spinæ, spinæ, penetrare, transfigite & lacerate cor meum improbum.

O crudeles clauī, qui manus & pedes IESV Chrifti Patris mei transfodiftis, quæfo cor meum in

T 3 nomine

438 TESTAMEN. ANIMÆ
nomine SS. Trinitatis. Patris, &
Filiij, & Spiritus Sancti transfuerbe-
rate.

O sana lancea, quæ cor sponsi mei
IESV Christi confodisti: perfode
pectus meum: & transige cor meum.

O sponse mi, qui voluntariam
paupertatem elegisti.

O IESV dulcissime amor meus

O spes animæ meæ.

Da mihi manus tuas, & vulnera
sanctissimorum pedum tuorum oc-
culanda.

Patere, vt sanguinem qui è vulne-
ribus manuum & pedum tuorum
profluxit, exugam.

Permitte amor meus: vt semper
vulneri lateris tui adhæream, vt
sanguinem totum ebibam, ac animi
mea tuo amore inebrietur.

Trahe me dulcis IESV intra pe-
ctus tuam, vt iuxta cor tuum totus
amoris igne succendar.

O amorosum cor IESV sponse
animæ meæ, da veniam huic meæ
temeritati, quia indignus sum qui
tibi appropinquem.

Da

PARS TERTIA. 439

Da mihi o IESU facultatem,
vt inspiciam & contrectem cor
tuum.

O IESU crucifixe amor meus,
da mihi facultatem, vt osculer cor
tuum.

Patere vt illud in manus meas
quamuis tanto beneficio indignus,
suuam.

Permitte vt illud in sinu meo col-
locem & foueam, quamuis locus
iste, illi minimè conueniens sit.

Veni Domine & supra cor meum
reside, ac quiesce.

O IESU ardentissimè amor me-
us, accipe cor tuum & repone illud
in sinum meum.

Include me IESU in medio cor-
dis tui.

O fornax amorosa pectoris IESU
Christi.

Quando totus conflagrabo in te.

Incende, vte, consume, me totum
Iesu in fornace tui ardentissimi
amoris.

O vis amoris, da mihi, dulcis Iesu
facultatem vt cor tuum & omnia
viscera

440 TESTAMEN. ANIMAE
viscera tua amore flagrantissima
manducé, vt totus trāsformer in te.

Fac Domine, vt totus efficiar
ignis in amoroso hoc incendio.

Fac Iesu mi crucifixe, vt quicum-
que me videt, nihil nisi ignem & ar-
dentissimam tui amoris fornacem
cernat.

O Iesu quando talis ero, vt nihil
in me reperiatur nisi Iesus?

Quando dicere potero: *Viuo iam
ego, vinit verò in me christus.*

Iubila anima mea & dic, viuat
Iesus.

Exultat anima mea, & dic, sit be-
nedictus Iesus.

Iubila, exulta, & lauda anima
mea, Iesum. Inuita anima mea crea-
turas omnes, ad prædicandum &
laudandum sponsum tuum Iesum.

Tibi anima mea nihil viuat, nisi
Iesus.

O Iesu dulcis.

Iesu suavis.

Iesu amor.

Iesu ignis.

Iesu ardor.

Iesu

PARS TERTIA. 44

Iesu incendium.

Iesu omne bonum.

Moriar ego, & viuat Iesus.

Ego, Iesu, hinc migro, & spiritum meum tibi relinquo.

OMARIA mater Dei, commenda me Iesu. Iesus. Maria. Franciscus.

Oratio deuotissima ad sanctiss. Sacramentum altaris.

O IESU viua, vera, & vnica spes mea, & omnium animarum pretioso sanguine tuo redemptarum. Te in hoc & omnibus altaribus totius mundi, sub venerandis speciebus panis & vini presentem adoro: & deprecor vt mihi largiaris cor tuum, & meum tibi assumas, vt illud abluas, & mundes ab omni malitia & immunditia, & ego de tui cordis puritate, dulcedine, ac suauitate gaudeam.

O Iesu dulcissime amor meus, mihi indigno seruo tuo hoc munus & gratie impartire, vt semper in corde, & si placet, ante oculos etiam corporales dulcissimam presentiam

T 5 sentiam

442 TESTAMEN. ANIMAE
sentiam pretiosissimi corporis &
sanguinis tui in sanctissimo sacra-
mento circumferam.

O Domine hanc mihi gratiam
largire: vt quocunq; me conuertero
semper sanctissimam hostiam con-
secratam, & calicem plenum preti-
oso sanguine tuo aspiciam: imo vt
omnia quaecunq; aspexero tuo
pretiosissimo sanguine mihi tin-
cta videantur.

O Iesu Pater mi dulcissime, fac in-
cisuram in summitate cordis mei, at-
que in medio illius hostiam conse-
cratam constitue, vt cor meum te
& crucifixum semper cernat, & visce-
ra mea te adorent, gaudiantque de
dulcissima praesentia tua.

O amantissime Iesu in pectus
meum sanguinem tuum effunde, &
riuis sanguinis tui circunda cor
meum, vt in eo continuo natet: at-
que anima mea ardentissima tui
amoris fornace inflammetur, &
succendatur.

O Iesu dulcissime Pater, & salua-
tor mi, me totum in anima, & cor-
pore,

pore, trahe intra vulnus sanctissimi lateris tui, & iuxta cor tuum me colloca, & tuis pastissimis & suavissimis visceribus me astringe: ut illa osculando, stringendo & amplectendo, anima mea tota succendatur & absorbeat, ab impenetrabili abyfso tui dulcissimi amoris: sicque roborata vniuersa mala vitare, atque omnia bona opera efficere possit, que tu à creatura humana, committi vel effici posse comprehendere potes? idque ad laudem, & gloriam tuam, & sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & spiritus sancti.

O Virgo Maria mater Dei, & dulcissima peccatorum aduocata, tu nosti pretiosum hoc corpus & sanguinem de tuo purissimo sanguine operante spiritu sancto conceptum & generatum fuisse, atque ex odorifeto nortulo vteri tui prodijisse, ac proinde obsecro te, ut apud ipsum pro me & omnibus peccatoribus intercedere digneris. Amen.

O Angeli, & Sancti omnes, qui de
T 6 coelo

444 TESTAMEN. ANIMOR
coelo delapsi, huic summo Regi,
sanctissimo Dei Filio, Domino &
Patri nostro, sub his speciebus pa-
nis & vini, in hoc & alijs omnibus
altaribus totius mundi praesenti,
ministratis, & assistitis. Intercedi-
te apud ipsum pro me, & omnibus
vivijs & defunctis. Amen.

Et tu o sanctissima & semper ve-
neranda Trinitas Pater, Filius, & Spi-
ritus sanctus, quae nostri amore im-
pulsam tam insignem & amoris plenum
mysterium Ecclesiae reliquisti: mi-
serere mei & omnium peccatorum.

IESVS. MARIA. Franciscus.

EXPOSITIO ORATIONIS DO-

MINICAE,

*Intellectum illuminans, & animam
ad amorem unitivum Creatoris
sui subuehens,*

PATER

O Summe Deus, tu es Pater, quo-
tidie generas spirituales filios
per semen amoris viuificantis.

Quan-